tenebitur nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante. Quod mentis firmatum est.

Divisio Herbortow de Chliplie

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus ca-
strensibus capitanealibus praemisliensibus Generosi Albertus et Joannes
Herbortowie de Fulstin filii olim Magnifici Joannis Herborth
428 de Fulstin Castellani Chelmensis fratres germani, bonorum Chliplie
Lbiska et Tarnowice haeredes, mente et corpore sani existentes
a terris pallatinatibus districtibus iuribusque suis quibusvis
propriis ac foro competenti recedendo, praesentiarum castrensi
misliensi iurisdictioni se summittendo ac bona sua omnia quoad actum
effectumque totius inscriptionis praesentis attinet incorporando et
subiiciendo publice praesentique recognoverunt et quilibet eo-
rum recognovit. Talem inter se fratres se fecisse [illegible] ipsi per se bono-
rum infrascriptorum divisionem perpetuam et irrevocabilem in hunc
qui sequitur modum. Inprimis Generoso Alberto fratri maiori natu
eadem divisione perpetua et irrevocabili assignant bona omni-
mode [illegible] Fortalicium Lbiska una cum villis ad hoc idem
fortalicium pertinentibus nuncupatis Trzcinowska(?), Belitowka vul-
go [illegible], Czyżowice(?), Turomilow(?) in terra et districtu
Sanocensi una cum advocatia in villa Sacra Regia [illegible]
[illegible]. Nec non tota et integra villa Chliplie cum omnibus et sin-
gulis eiusdem villae ex antiquo pertinentiis et attinentiis una cum
curia in villa praefata Chliplie sitta et consistente in terra [illegible]
praesenti et pallatinatu Russiae iacentia cum omni iure dominio
ac proprietate omnibusque generaliter agris pratis campis silvis
[illegible] nemoribus [illegible] rubetis mericis mellificiis api-
steriis et aliis quibuscunque, tum etiam fructibus proventibus
Tellonis(?) fiscalibus, tum censitoribus censibus laboribus tabernis
molendinis et eorum emolumentis piscinis piscaturis et earum
decursionibus, stagnis aquis lacubus rivis rivulis et eorum
decursibus, aucupiis curiis domibus pratis [illegible] circumcirca
suis utilitatibus quibuscunque dicantur nominibus et cognominibus
quae nunc sunt aut in futurum fieri possunt, a graniciebus ad
granicies, ita quod specialitas generalitati et generalitas
specialitati in nullo derogent, nil excipiendo neque reservando,
eo ita late longe et circumferentialiter, prout praefatorum
bonorum haereditates se in suis metis et limitibus extendunt
et prout antecessores eorum ea bona praefata omnia supranomi-
nata atque antiquitus cum bonis istis adiacent et pertinent
tenuerunt habuerunt et possidebant. Generoso vero Joanni
natu minori eadem divisione perpetua et irrevocabili assignant bona
infrascripta [illegible] Wianczkowice(?), Balikowice(?), et Lanszowice(?)
in pallatinatu Russiae terra et districtu praesenti sitt. Tarnowice
Balikowa(?) Brzozowka et Potakowka(?) in pallatinatu Cracoviensi
et districtu Biecensi, ac Sobnow(?) in pallatinatu Sandomiriensi et distri-
ctu Pilsnensi sitt et iacentia, cum omni iure dominio et proprietate, et cum
omnibus ad ea bona ex antiquo attinentiis et pertinentiis fru-
ctibus proventibus, fiscalibus, tum etiam censitoribus censibus
laboribus tabernis molendinis et eorum emolumentis piscinis
piscaturis et earum decursionibus stagnis lacubus rivis rivulis
et eorum decursibus, aucupiis curiis domibus pratis campis

agris pratis silvis nemoribus, mellificiis apisteriis, atque utilitati-
bus generaliter universis quibuscunque dicantur nominibus et cognomini-
bus, quae nunc sunt aut in futurum humana industria adinveniri et ex-
cogitari possunt, a graniciebus ad granicies, ita quod specialitas ge-
neralitati et generalitas specialitati in nullo derogent, nil exci-
piendo neque reservando, eo ita late longe et circumferentialiter prout 1429
praefatorum bonorum haereditates se in suis metis et limitibus extendunt
et prout eorum antecessores eaque bona tenuerunt habuerunt et possidebant.
Quia vero eidem Alberto Herborth divisione perpetua assignantur
bona commodiora et utiliora, idcirco praefatus Albertus eidem
Joanni Herborth fratri suo minori ratione additamenti ad bona eaque
praedicto Joanni divisione cessa, mille quingentos et quinquaginta
flor. Germ. monetae polonicalis iam tunc numeravit totaliterque et
plenarie ac in effectu persolvit, de quibus mille quingentis et
quinquaginta flor. Germ. ab eoque totaliter receptis et levatis
idem Joannes Herborth dictum Albertum Herborth fratrem suum prae-
sentibus quittat et immunem facit perpetue et in aevum. Quam
quidem divisionem talem inter se mutuo factam, iidem recogno-
scentes sese suosque successores super omnibus bonis suis haereditariis
et obligatoriis mobilibus et immobilibus in quibuscunque terris et
districtibus regni Poloniae nunc et in post habitis [illegible]
[illegible] obligant et inscribunt tam in toto quam in minima parte
tenere complere et exequi et inviolabiliter observare nec eam infrin-
gere perpetuis et aeternis temporibus, sub vadio quinque
millium flor. Germ. Et iam ipsi fratres mutuo et invicem eorum
officiosam(?) dederunt et dant in praefata bona cuilibet eorum divisione
in cessa realem introductionem et actualem pacificamque possessionem per ministe-
rialem terrenum generalem quem sibi quilibet eorum eligerit ad intromit-
tendum iam tunc per officium praesens adiudicata. Per ipsos Herbor-
t... et eorum posteros bona praefata omnia inter se divisa, sunt prout
cuilibet eorum divisione assignata tenendi habendi possidendi ad usus
suos quosvis beneplacitos convertendi, cum omni iure dominio proprieta-
te et cum omnibus ad eaque bona ex antiquo attinentiis et perti-
nentiis fructibus proventibus utilitatibusque sunt universis
quibuscunque dicantur nominibus et cognominibus, quae nunc sunt aut
in futurum humana industria adinveniri et excogitari possint
nullis penitus exceptis et exclusis, eisdem omnibus et singulis
in specie comprehensis. Debentque ac tenebuntur iidem fratres
cum suis successoribus praesentique se et suos successores mutuo et invi-
cem super omnibus bonis suis haereditariis et obligatoriis mobilib[us]
et immobilibus, per ipsos in quibuscunque terris et districtibus regni
Poloniae nunc et in post habitis obligant et inscribunt, in bonis
praefatis ipsis cuilibet eorum sua divisione praesenti cessis
ab omni quavis impetitione iuridica personarum quarumvis
sexus utriusque et iuribus inscriptionibusque paternis et posteri-
oribus debitis [illegible] reformationibus ac utilitatibusque eorum
personarum factis et factis, cittationibus convictionibus, advitalitiis
[illegible] tam terrestribus quam castrensibus etiam regalibus
in bona praefata importatis et importandis. Quorum occasione [illegible]
[illegible] triplicatis ac quibusvis processibus iuris super

restium, absentia a regno, Evocatione de terra et districtu, et
aliis omnibus legalibus impedimentis non differendo nec prolongando
atque se excipiendo, evasionibus, praescriptionibus, abusu inscriptionis
et quibusvis iuris et facti remediis, poena trium marcarum et tri-
plici poena vadium seu vadia praenominata non evadendo et
decretis quibusvis tam in accessorio quam in principali negotio
latis et factis nullas motiones cum appellationibus faciendo, immo
432 se et suos successores eisdem abrenuntiando, ad easque prosequendo
tam iudicem quam partem non adcitando, ad quietem mortificationemque
inscriptionis praesentis dillationem sibi non recipiendo. Immo
nullis modis viis coloribus dillationibus de iure dari et concedi
solitis non utendo. Ita tamen quod quicquid obmisit specialitas
in quibusdam locis hoc totum concludere debet et concludit
in se generalitas et e contra. Quicquid autem pars citata
infringens divisionem praefatam et eidem tam in toto quam in
minima parte non satisfaciens, aut eius successores contra prae-
sentem inscriptionem divisionis, eiusque omnes conditiones in auxi-
lium recipere vellet et vellent, eo toto causam causam suam
amittere debet et debent, vel luitionem praefati vadii vel
vadiorum. Quo vel quibus solutis utique praesenti inscriptioni et
omnibus in ea contentis in parte et in toto citatus quilibet
ex eis seorsum cum sua posteritate infringens divisionem
praesentem et eidem in toto et in minima parte non satisfa-
ciens, satisfacere debet et eius successores debent sub simili
et specialitate vadii. Quinque millium florenorum poenae monetae po-
lonicalis totiens quotiens necessarium fuerit, nulla praescriptione
terrestri diuturnitate et taciturnitate temporis abusu in-
scriptionis praesentis in praemissis obstante. Quamquidem in sui
praesentem divisionis et conditiones in ea contentas et specifi-
catas ipse albertus et joannes Herbortowie in se successores suos
ac omnia bona sua haereditaria et obligatoria mobilia et im-
mobilia nunc habita et in post habendo assumunt, eamque prout
in se continetur, sua personali recognitione approbant ratificant
pro ratoque et grato suscipiunt. Quod mente firmatum est.

Jaskmanicski obligat Chlopicskien

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti
castrensi praemisliensi Generosus Andreas Jaskmanicski
de Jaskmanicze et in Nadibie haeres, mente et corpore sa-
nus existens, a terris dictis iuribusque suis quibusvis
propriis ac foro competentibus recedens, praesenti vero castrensi prae-
misliensi iurisdictioni se successores ac bona sua universa quoad
actum effectumque totius inscriptionis praesentis attinet incorporando
et subiciendo, publice per expressumque recognovit. Quia a
Generosa Lophia relicta consorte olim Generosi Hieronimi Chlo-
piczki bonorum villae Nadibie per praefatum Andream Jaskma-
nicski olim Generoso Hieronimo Chlopiczki marito ipsius
in summa quinque millium florenorum poenae monetae et numeri
polonicalis coniunctim sive divisim in actis praesentibus terrestribusque
praemisliensibus modo obligatorio inscriptis, vigore iurium reforma-
torii adiutalicialisque ab olim praefato marito suo super omnia
bona haeredia et obligatoria mobilia et immobilia morte ipsius

derelicta, actis quibusvis inscriptis habitis, tenutrice recepit ac ma-
nualiter et in effectu levavit summam duorum millium florenorum pe-
cuniae monetae et numeri polonicalis, quemlibet florenorum triginta grossis po-
lonicalibus computando. In qua quidem summa duorum millium florenorum
poenae monetae et numeri polonicalis iam exnunc idem Andreas
Jaskmanicski, eidem Lophiae Chlopiczka et eius successoribus bona
sua haereditaria praefata vel totam et integram villam Nadibie 433
cum eius haereditate attinentiisque et ex antiquo pertinentibus, per ipsum
Andream Jaskmanicski olim praefato Hieronimo Chlopiczki ma-
rito ipsius antea in summa quinque millium florenorum poenae monetae po-
lonicalis modo obligatorio in actis terrestribus praemisliensibus inscriptis
cuius ipsa Lophia vigore iurium suorum reformatorii et adiu-
talicialis uti praefertur ab olim praedicto marito suo habitis pe-
nitus continua et pacifica possessione extat, cum omni iure dominii
et proprietate omnibusque fructibus et proventibus ac utilita-
tibus generaliter universis quibuscunque dicantur nominibus et co-
gnominibus, quae nunc sunt et in futurum fieri possunt, a gra-
nitiebus ad granities ita late longe circumferentialiterque prout hae-
reditas eorundem bonorum se in suis motis et limitibus extendit,
sic vel prout antecessores ipsius tum ipsemet praefatus quoque
olim Hieronimus Chlopiczki ac ipsumet tenuerunt et possederunt,
nil iuris dominii proprietatis et usufructu bonorum praefato-
rum pro se et suis successoribus reservando et excipiendo, sed omnibus
in genere et singulis in specie comprehensis, invadiat obligat
et inscribit iam exnunc ad decursum quatuor annorum se se con-
tinue et immediate sequendo. Et in effectu protunc exempti-
onis, extunc ad festum nativitatis domini proxime tunc proxi-
me venturum, sicque a nativitate ad nativitatem domini de anno in annum annis
se se continue et immediate sequendo usque ad omnimodam exempti-
onem de bonis praefatis. Tali subconditione ad quam praefa-
tus Andreas Jaskmanicski inhaerendo in toto priori recessioni
suae consensit et eam recognovit. Quod durante eo tempore ab
hinc quatuor annorum se se continue sequendo, praefatus Andreas
Jaskmanicski nullam facultatem habebit successoresque eius habebunt.
Nec id alicui personarum sexus utriusque permittet eiusve po-
steri permittent, eandem Lophiam ipsiusque successores de bonis
praefatis in summis praesenti duorum millium florenorum poenae eidem
Lophiae, et alterius originalis quinque millium florenorum poenae
olim praefato Hieronimo marito ipsius coniunctim seu divisim ob-
ligat et inscriptis exemere immo in pacifico usu et possessione bo-
norum praefatorum eandem Lophiam ipsiusque posteros ad decur-
sum temporis praefati conservare. Elapsis vero ab hinc quatuor
annis se se continue sequendo, seu tunc dum et quando post elapsum
temporis praefatorum quatuor annorum, idem Andreas Jaskma-
nicski vel eius successores praefatam Lophiam posterosve eius
de bonis praefatis eidem tam in summa praesenti duorum mil-
lium florenorum quam et originali quinque millium florenorum poenae
aeris obligat iuxta cursum terrestrem observantiamque in talibus fie-
ri solitam exemere voluerit voluerintve. Extunc tam praesentem
summam duorum millium florenorum ipsius Lophiae propriam, quam